



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

71. Feria 2. Christus denuo patitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Dominica Quinquages. 113

esse amorem suum infinitum, qui est ipsiusmet:  
Passio, propter cuius septenam divisionem  
denuo sequentes ei septimanas consecrabo.

Conf. 3. Quomodo adhuc hodie in SS.  
Eucharistia Passionis suæ memoriam pera-  
gat, ut ait D. Valerianus: *Discite ergo ex hoc  
Deum diligere, qui se quotidie cœlesti imperio  
Sanguinis sui effusione commendat.* Alloquar  
me, an credam, quod illic sit D. Deus, Deo,  
per Deum oblatus, gustu infinito, infinitâ re-  
verentiâ, infinitæ satisfactionis, & gloriæ? An  
non sim ego, qui eum ore & pectore absu-  
mo? an non in me consumatur oblatio, qua  
non est possibilis major? ubi ergo reveren-  
tia, laus, gratiarum actio?

MEDITATIO LXXI.

Feria 2. Dom. Quinquages.

*Christus denuo patitur.*

Videbo Christi D. vultum à duabus spinis  
per laicos, & nodosioribus fustibus à  
Clero, immaniter usque ad pupillarum læ-  
sionem vulneratum: quia, quantum in ijs  
est, regnantis in cœlo intuitum non verentur  
de honestate: ita vidit D. Gertr. L 4. c. 15.  
Cum gratiū sic in majori afflictione auxiliū,  
& nunquam major cordi Christi sic afflictio,  
quam horum dierum abusus, petam modū  
impediendi afflictiones Christi.

Conf.

114 Feria 2. Dom. Quinq<sup>ua</sup>g.

Conf. 1. Mala primi generis, quibus modi  
Dominus affligitur, esse corda humana ma-  
gis nunc implicata terrenis, carnalibus, per-  
versaque voluntatis delectationibus. Conu-  
quæ offeram Deo Patri exercitium SS. cordi  
Christi, quod nunqñā in terris pro saluteno-  
stra in amore, desiderio, actione, laude fu-  
lassatum, pro emundatione lapsuum cordis  
& præservatione dicendo unum Pater no-  
ster, &c. vel: Laudate Dominum omnes gentes.  
Ita suasit Dominus S. Gertrud. l. 4 c. 13.

Conf. 2. Mala secundi generis, quibus  
modo replentur omnia, esse linguae, & oīs,  
verborum inutilium & nocivorum, ebria-  
tis, & gulæ. Offeram Patri omne exercitium  
Innocentissimi oris Christi, cum temperantia,  
& abstinentia tam ciborum, quam verborū.  
In prædicatione & oratione continuus, qui-  
bus pro salute nostra insudavit: in emenda-  
tionē lapsū oris, & linguae, dicendo ut suprā.

Conf. 3. Mala tertij generis offendientium  
Deum motibus omnium membrorum con-  
tra legem Dei & salutem propriam, & alio-  
rum. Offeram Deo Patri omne exercitium  
SS. Corporis Christi, cum omnibus motibus  
singulorum membrorum, totaque serie per-  
fectissimæ conversationis, cum omni ama-  
ritudine innocentissimæ Passionis & mortis,  
quam subiit proper nos, in emendationem

emendationem

**Feria 3. Dom. Quinquag.** 115

omnium illorum lapsuum, & præservationē.  
Offeram præterea à manè usque ad meridiē  
omnia Sacrificia, quibus Deus laudatur, &  
quæ Deo debentur, & omnes actus Christi,  
quos pro nobis subivit ab initio suæ subje-  
ctionis usque in finem. A meridie usque ad  
vesperum, imò usque ad manè, protota no-  
ste, quæ sub potestatibus est tenebrarū, Pas-  
sionem Christi, ea spe, quod sicut per Christū  
Majestatem Dei laudant Angeli, &c. sic ego  
per eundem reddam Deum nobis propitiū.

**MEDITATIO LXXII.**

**Feria 3. Dom. Quinquag.**

*Christus denovo crucifigitur.*

**A**spiciam D. IESVM recentier crucifixum.  
Potam pleniorē hujus malitiaē cogni-  
tionem, & detestationem.

**Conf. 1.** Inopinatum novæ crucifixionis  
Domini spectaculum patratum ab ihs, querit  
Deus venter est. Phil. 3. Sicut enim Aaronica  
sacrificia, & victimæ toties offerri debebant,  
quoties peccabant Iudei: sic Christus D. to-  
tices deberet mori, quoties contra Deum pec-  
catur, nisi tanti valoris esset mors Christi,  
que se ad omnia omnino peccata extenderet  
interea tamen, qui in peccata relabitur, Chri-  
stum denovo crucifigit: quia quantum est in  
se, nō yō peccato novam dat causam crucis,

*& mor.*